

Johann Sibrand Thomas Amsel

Disputatio Inauguralis Iuridica, Exhibens Miscellaneas Controversas Iuris Positiones

Rostochii: Weplingius, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736215336>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 6. Sept. 1694
Sibrand, Joh.

26.
520.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
EXHIBENS

MISCELLANEA
CONTROVERSAS
JURIS POSITIONES.

QVAM

AUSPICE ET DUCE DEO OPT. MAXIMO.
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS.
IN ILLUSTRIS PATRIA UNIVERSITATE.

MODERATORE.

VIRO CONSULTISSIMO, ATQUE
EXCELLENTISSIMO,

DN. JOHANNES Siebrand /

U. J. D. ANTECESSORE, SENIORE, ATQUE AD HUNC
ACTUM SPECTABILI DECANO

DN. EAUTORE MULTIS NOMINIBUS COLENDO
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET PRIVILE-
GIIS DOCTORALIBUS CONSEQUENDIS.

D. VI. SEPTEMBR. ANNO MDCXCIV. 1694

IN AUDITORIO MAJORI
PUBLICO EXAMINI SUBJICIT.

THOMAS Pmsel / ROSTOCH,
DYCASTER. PROVINCIAL. ET CANCELLARIÆ
SVERINENS. ADVOCATUS.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ, Typogr.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
EXHIBENS
MISCELLANEA
CONTRORSAS
JURIS POSITIVAS
AUCTORIS ET DUCIS DR. OPT. MAXIMO
ET DECEPTO ET AUGUSTO BERNHARDI QUOTINGI
IN UNIVERSITATE PATRIAE UNIVERSITATE
MAGISTRO
KIRO CONSULTA
EXCELLENTE
DR. JOHANNES
U. L. P. ANTECESSOR, SENIOR, ATOVE AD HUB
ACTUM SECTABIL- DECANO
DR. FACTOR, SENIOR, ATOVE AD HUB
PROFESSOR IN HUIUSMODI PRAELECTORIBUS
CIS DOCTORIBUS CONSTITUTIS
D. M. SENIOR, ATOVE AD HUB
U. AUDITORIO MAIORI
HONORARIO SENIOR
THOMAS SENIOR, ATOVE AD HUB
BYASTER SENIOR, ATOVE AD HUB
STUDENTE ATOVE AD HUB
Rostock, die 10. Aprilis 1811.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



Estinatum & eodem animo fuit, ea quæ de singulari
REORUM IN CRIMINALIBUS FAVORE literis
 ad finem fere complexus eram, in vicem Inauguralis
 Disputationis publico examini submittere; ast
 dum in hanc rem notata, præter spem nimium ex-
 creverint, & certis illis ab Amplissima Facultate Juri-
 dica, Inaugurali Disputationi quondam præfinitis
 paginis, includi haud potuerint, præter animi sententiam, alii tem-
 pori illam materiam reservare, ejusq; in locum, pro ratione tempo-
 ris, aliarumq; occupationum, sequentes miscellaneas controversas
 Juris positiones, uti in mentem venerunt, in chartam conjicere, &
 publico Eruditorum examini subicere placuit. Adsit Propitiator
JESUS.

POSIT. I.

Reciprocam Arrharum dationem subsistere, quamvis
 negent, Bartol. *ad L. Titia* 134. n. 9. ff. d. Verbor. Oblig.
 & Bartolum hodie Dd. communiter probare testen-
 tur Alberic. Gentil. *tr. d. nupt. lib. 3. cap. 16. p. 347.* Covarruv.
 de Matrimonio c. 3. §. 7. n. 9. Sanchez *tr. de matrim. lib. 1. Dissp.*
35. n. 13. Gutieretz de Matr. c. 18. n. 8. illamq; sententiam, tan-
 quam veriore, in mentem cujuslibet discreti hominis cade-
 re debere, scribat. Paulus de Castro. *ad l. 134. ff. d. verb. Obl.*
 & Zafius *ad d. l. n. 7.* Contraria tamen sententia, juxta ea quæ
 habet Baldus *ad L. fin. n. 10. C. d. Sponsal.* Covarruv. d. matr. c. 3.
 §. 7. n. 11. Alciat. *ad L. Titia* 134. n. 30. d. V. O. Jason. *in d. l. n. 30.*
 Sanchez. *de Matr. lib. 1. Dissp. 35. n. 14.* Johan. Gutieretz de Matr.
cap. 8. n. 8. Trentazinq. *lib. III. Resolut. tit. de Matrimonio Reso-*
lut. 2. n. 12. cum Dn. Stryckio in not. ad Brunnemanni Jus Ec-
 clesiast. *lib. 2. c. 16. §. 4.* verb. arrham dare, nobis videtur veri-
 or & magis utilis, quodq; hodie Arrharum dationes recipro-
 ce fiant, testantur Carpzov. *Jurispr. For. P. III. C. 19. D. 13. n. 11.*
 & *Jurispr. Consistorial. lib. 2. D. 51. n. 6. Lib. V. Resp. 23. n. 5.* Cothm.
Vol. 3. Resp. 34. n. 20. 21. Philipp. *Usu. Pract. Inst. ad. pr. d. emr.*
vendit. Eclog. 70. Dn. Mev. P. VII. D. 108. P. VIII. D. 39. n. 5.

A 2

II. FI.

II.

Fidejussori qui simpliciter quidem, sed Juramento interposito, se obligavit, competere beneficium Divisionis & Excussionis, licet in jure verum sit, per ea quæ docet Franck. de Fidejussor. c. 5. n. 386. & seqq. cum alleg. Bachov. ad Treutler. Vol. 2. D. 28. Th. 5. lit. C. 5. D. p. m. 955. Fach. III. Controv. 15. Ludwell. ad Inst. Diss. 12. th. 8. lit. d. Zanger. d. Except. P. 2. C. 16. n. 14. Contrariam tamen sententiam, quod sc. Juramentum in effectu tantundem operetur, quantum Renunciatio specialiter, ut communem, in foro & Praxi receptam, juxta Dn. Carpz. in Jurispr. Forens. P. 11. Const. 17. Def. 5. cum citat. ibid. Gail. 2. Obs. 27. n. 22. Matth. Coler. Process. Executiv. P. 1. C. 10. n. 395. Berlich. P. 11. Conclus. 22. n. 23. seqq. Wesemb. P. 1. Consil. 10. n. 24. amplectimur.

III.

Pactum de lucranda donatione propter nuptias, interpositum à Marito, invita uxore, revocari aut immutari posse, indistinctè negat Andreas Gailius 2. Obs. 78. n. 5. simpliciter vero affirmat Wesemb. in Paratitt. n. tit. d. pact. dotal. n. 4. & negantem Gailium in 2. Obs. 40. n. 5. in f. Obs. 91. n. 1. si jung. 2. Obs. 116. n. 5. sibi non constare, sed sententiam ipsius omni fundamento destitutam, asserit Dn. Hahnus in not. ad prefat. Wesemb. d. t. n. 4. verb. illud questionis est. Nos si pactum subsistat in vim ultimæ voluntatis, adfirmantibus, per tradita Pruckm. Cons. 1. n. 335. Kohl. d. pact. dotal. P. 1. n. 80. Carpz. Jurispr. For. P. 11. C. 43. D. 10. Si vero in vim contractus & negotii inter vivos, negantibus, secundum Carpz. Jurispr. For. P. 11. Const. 43. D. 11. Berlich. P. 2. Conclus. 51. Kohl. cit. Tract. p. 1. n. 1. seqq. ad stipulamur; & ita Facultatem Francofurtanam respondisse, à Dn. Stryck. Tractatui suo de Cautel. Contr. Sect. III. cap. 8. §. 20. insertum docet Responsum.

IV.

Licet non desint, qui ad Contractum Emphyteuticarium
præ-

præcise scripturam requirant, teste Carpz. *P. II. Conf. 3. Def. 7. n. 7.* hancq; communiorem Jctorum sententiam esse, dicat Dn. Mev. *P. III. D. 289. n. 1. & 2.* Contraria tamen sententia, de Jure censetur verior *arg. S. 3. Inst. d. locat. cond. l. 4. ff. d. fid. Instr. Harprecht. ad S. 3. Inst. de locat. cond. n. 58.* Bachov. *Vol. 1. Disp. 29. tb. 9. lit. D.* Dn. Schütz. in Comp. Lauterbach. *tit. ff. si ager vectigal. i. e. Emphyteut. petatur.* Brunn. *Jur. Ecclesiast. Lib. 2. c. 15. §. 13.* (quamvis contrarium videatur statuere ad *L. 1. C. d. Jur. Emph.*) Hahn. ad Wesemb. *ff. tit. si ager vectigal. n. 3.* & multis in locis usu est recepta, teste Valasco in *Tr. d. Jur. Emph. Qu. 7. n. 2.*

V.

Interesse lucri cessantis, solis Mercatoribus, Menoch. *Arb. jud. Qu. Lib. 2. Cas. 119. C. 2.* Gail. *2. Obs. 6.* Afflict. *Dec. 20.* Nos cum Scaccia *§. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 222.* Fr. Nigro Cyriac. *Contr. for. 526.* etiam nonnullis, qui non sunt Mercatores, tribuendum putamus.

VI.

Certæ speciei debitor, falso nuncio ex justa Credulitatis causa solvens, liberatur. Bartol. in *l. 52. §. 11. ff. d. furt. n. 1.* Paul. d. *Castro in l. 28. ff. d. solut. & in l. 14. n. 8. ff. d. cond. causa dat.* Alex. in *d. l. 14. n. 4. & 6.* Johann. Herman. *Stamm. tr. de Servit. Perf. Lib. 2. c. 25. n. 12.* Dn. Mev. *P. V. D. 173. 174. 175. & 176. P. III. D. 360. & 361.* Secus si sit debitor generis seu quantitatis, *l. qui hominem 34. §. 4. ff. d. solut. & ibi Bartol. Paul. d. Castro in l. debitores 28. ff. d. solut. & L. cum quirem. 10. §. 1. vs. sed est dum ff. commod.* Farin. *lib. 2. Decis. Crim. 76. n. 1.*

VII.

Satisfactio criminis & præscriptio, cum pari passu ambulent *l. 17. §. 6. ff. d. injur.* Nicol. Boer. *Dec. 26. n. 18.* Illa ipsa non tantum Acculatori, & Judici ex officio inqvirenti, obest, Farin. *7. Qu. 10. n. 3. in f. Clar. S. fin. Qu. 51.* Tessaur. *Dec. 208. n. 1.*

208, n. 1, Brunn. Proc. Crim. c. 11. n. 3. Impedit litis ingressum, & Reum à litis contestatione, si in continenti probabilis, Menoch. d. Adipisc. poss. rem. 4. n. 781. liberat. l. f. ff. pro suo. Guid. Papa Decis. 116. col. pen. facit ut confitenti confessio non noceat, Farin. cit. Qv. 10. n. 14. Hyppol. d. Marfil. in pr. Crim. S. postquam n. 10. & in l. 1. n. 69. ff. d. Quæst. Sed, si a Reo non allegata, à Judice ex officio supplenda. l. 19. ff. d. pæn. l. 1. ff. de Quæst. Auth. qui semel C. quomodo & quando Mev. P. VII. D. 182. & P. VIII. D. 419. n. 4. in not. Carpz. Jurispr. For. P. I. C. 25. D. 1. 2. 3. a Sande Lib. 1. Tit. 7. Dec. 3. & ita in Camera decisum refert, Dn. Myns. Cent. 3. Obs. 28. Secus si tactum, sententiam nunquam in rem judicatam transire putamus, arg. l. 1. 2. & s. 1. C. si ex fals. instr. vel test. Berlich. P. I. C. 59. n. 18. Carpz. cit. Def. 2. n. 8.

VIII.

Tempus præscriptioni delictorum carnis præfinitum, regulariter est continuum, palam five occulte crimina fuerint commissa. Mart. Neap. 2. Dig. I. Accus. c. 2. Moller. ad Const. Elector. 19. p. 4. n. 6. Theod. in Colleg. Crim. Diss. 10. tb. 7. lit. D. Jul. Clar. §. fin. q. 51. vs. sed quæro Farin. Qv. 16. n. 12. & Conf. 2. n. 9. in lit. B. Dn. Carpz. Pr. Crim. P. III. Qv. 141. n. 24. per plures ibi alleg. Dd. licet non desint, qui contrarium velint, uti videre est apud Farin. Oper. Crim. Lib. 1. Qv. 10. n. 13 Boer. 2. Decis. 26. n. 16. Natt. Conf. 225. n. 2.

IX.

Regula illa, victus victori in expensas condemnandus, non tantum in civilibus, sed & Criminalibus locum habet, l. 13. §. 6. C. d. Judic. l. 79. pr. ff. eod. c. 5. d. dolo & contumacia l. 3. Cod. de his qui accus. non poss. Farin. Prax. Crim. lib. 1. Tit. 2. Qv. 16. & ibi plena manu citati Dd. Const. Crim. Caroli V. Art. 12. 99. & 201. Dn. Mev. P. III. D. 295. P. IV. D. 231. five procedatur per viam Accusationis, five denunciationis, five Inquisitionis, per l. 13.

1. 13. §. 6. ibiq; Jason. n. 21. C. d. Judic. Gail. 1. Obs. 152. pr. Græv.
3. Conclus. 152. n. 8. Hyppol. de Marfill. in §. superest. n. 1. & seq.
Stephan. in Const. Crim. Carol. V. Art. 201. in f. Umm. Diss. ad
Process. Judic. 22. tb. 7. n. 26. ibidemq; in Corollar. Licet non des
sint, qui contrarium velint, quos recenset. Jul. Clar. Lib. 5. sent.
S. f. 9. 62. n. 4.

X.

Finita illa societate, qua unus pecuniam, alter operam
contulit, socium collatam suam pecuniam sive capitale præ-
cipere, negat Glos. in l. 1. C. pro Socio Eckholt. Tit. Pand. pro
socio. §. 5. Socin. lib. 2. Conf. 265. n. 4. Covarruv. Lib. 3. variar.
resolut. c. 2. n. 2. & alii. Affirmant, Brunn. in l. 1. C. pro Socio n. 2.
Frantz. tit. ff. eod. n. 86. Hector. Felic. d. Societate c. 9. n. 54. Struv.
Syntagm. Jur. Civ. Ex. 22. tb. 33. Swendendorff. in not. ad Eck.
d. Tit. §. 5. Gail. lib. 2. Obs. 24. n. 6. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 9.
Art. 1. n. 11. seqq. quibus assentimur.

XI.

Emtionem venditionem per subhastationem factam,
ob læsionem ultra dimidium rescindi posse, affirmant Brunn.
ad L. 16. C. d. resc. vend. n. 4. Perez. tit. C. d. rescind. vend. n. 19.
Anton. Faber. in C. Lib. IV. Tit. 30. D. 4. & Lib. 8. T. 16. D. 8.
Rauchb. P. 1. Qv. 46. n. 25. Gomez. variar. resolut. T. 2. C. 2. n. 25.
Carpz. P. 2. C. 34. D. 13. n. 7. conf. Zael. de resc. vend. n. 25. Jason. in l.
pacta n. 9. C. d. pact. Eckolt. ad Pand. tit. d. rescind. vend. §. 3.
& citati a Dn. Carpzov. Lib. IV. Tit. I. Resp. 1. n. 2. Dn. Mev.
P. VII. Dec. 206. junct. P. IX. D. 151. n. 4. & 5. in not. à Sande Decif.
Fris. Lib. III. Tit. 4. D. 12. Contra negant Alex. de Immola
in l. pretia ff. ad L. falciat. n. 8. Daniel. Möller. Semestr. Lib. 3.
c. 12. n. 1. 4. Bald. in l. 11. C. d. prescr. 30. vel 40. annor. n. 2. & Lib. 5.
Conf. 513. Guid. Pap. Decif. Gratianapol. Qv. 22. n. 3. Felinus in
c. quoniam 11. X. d. probat. n. 13. Berlich. P. 1. D. 126. Struv. Syn-
tagm. J. Civ. Ex. 23. tb. 89. Dn. Carpzov. Lib. 14. Resp. 1. n. 12.
Nos

Nos distinguendo inter Subhaftationem necessariam, & voluntariam, utriq; sententiæ subscribimus.

XII.

Depositarium rem custodiæ suæ concreditam, dolose intervertentem, in furti crimen incidere, extra dubium est, per l. 16. ff. d. cond. furt. l. 5. §. 8. ff. commod. l. 5. 4. pr. ff. d. furt. l. 46. §. 7. eod. §. furtum autem Inst. d. Obl. quæ ex de l. nasc. & sæpius furti actione civiliter contra talem actum, testatur Dn. Brunn. ad d. l. 5. §. 8. n. 17. ff. commod. Ordinaria tamen furti pœna, ipsum puniendum, licet arbitrentur Berlich. P.V. Conclus. 57. n. 21. Ægid. Boss. in Pract. Crim. tit. d. furt. n. 45. Illi tamen opinioni, ut nimium rigorosæ, non accedimus, nisi simul dolose rem custodiæ concreditam negaverit, quo in sensu Const. Crim. Carol. V. Art. 170. accipere Dd. & inter eos Berlich. cit. l. docet Dn. Stephan. ad d. Const. in f. jung. Philipp. Us. Pract. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc. Eccl. 2.

XIII.

Stigma cum sit insensibile, impenetrabile, & si acu perforetur, ex sanguine indubitatum esse Veneficii indicium, affirm. Bodin. Lib. 2. Demonoman. c. 4. §. l. 4. c. 4. Berlich. P. 4. Conclus. 4. n. 154. Jacobus Rex Angl. in Tr. d. Demonolog. Crusius de Indiciis P. 2. c. 32. n. 411. Ostermann, in tr. de Stigmat. Sect. 4. §. 24. Sect. 8. & Sect. 9. Negant alii, quos inter Justus Oldenkop. Decad. 3. contr. Carpz. 9. 10. n. 3. citans Godelman. Lib. 3. d. Magia & Venef. c. 30. n. 27. Dn. Stryck. Tr. de Jur. sens. Diss. 7. c. 17. n. 10. quibus assentimur.

XIV.

Libellum ab Accusatore exhibitum, in quo pœna quæ non convenit, expressa, tanquam ineptum rejiciendum, licet sint qui velint, teste Joh. Emerico à Rosbach. Process. Crim. Tit. 1. c. 8. n. 9. nos tamen illum retinendum putamus.

XV.

Conclusio licet in Civilibus certis casibus exceptis, quos recen-

524

recenset Zasius in Comment. *Inst. d. Act. n. 24. 25.* pro forma libelli requiratur, Zasius *cit. l. n. 21.* Reusn. *lib. 3. Decis. 26. n. 25.* Gail. *lib. 1. Obs. 61. n. 13.* in Criminalibus tamen secus est, & regulariter non requiritur, *l. 1. ff. ad Scutum Turpill.* Bartol. *in L. libellorum n. 19. d. accus.* Bernhard. Græv. *Conclus. Pract. Cam. Imper. Conclus. 59. n. 18. § 19.* Gail. *1. Obs. 61. n. 18.*

XVI.

Procedendi illa methodus, ut in causa matrimoniali, mediante Juramento dandorum, positiones & defensionales exhibeantur, & mediante Juramento respondendorum ad eas respondeatur, licet valde periculosa videatur ipsi Brunn. in *Jur. Ecclesiast. Lib. III. Cap. 4. § 3.* communiter tamen, per Jus Commune, juxta Dn. Mevium *P. IV. D. 108. P. VI. D. 219. n. f.* & sic etiam in hoc Illustrissimo Judicio frequentatur.

XVII.

An interveniens semper Actoris vice fungatur, affirmant Gail. *Lib. 1. Obs. 71. n. 4, seqq.* Græv. *Conclus. 71. Considerat. 1. in. f. Trentacinq. tit. d. Judic. Resolut. 16. n. 2.* & alii *Dd.* Negant *Mindanus 3. d. Process. c. 8. n. 16.* Gilhausen, *in arbor. civ. cap. 5. ram. 2. n. 1.* quæ sententia cum nobis videatur verior, firmiter concludimus, interveniente reo adhærente, Actorem & interventum ratione intervenientis ultimo non concludere, sed reum & ei adhærentem intervenientem.

XVIII.

Juri luendi pignoris, triginta annis præscribi posse, acutè licet defendatur à Wesemb. *Cons. II. n. 94.* Covarruv. *1. Variar. resolut. cap. 9. n. 2.* Bachov. *ad Treutler. Vol. 2. Diss. 1. sb. f. lit. A.* & aliis ex parte recensitis a Dn. Myns. *Cent. 1. Obs. 16.* Gail. *lib. 2. Obs. 18.* & Octav. Cacheran. *Decis. 115.* in utramq; partem graviter disputet; Contraria tamen sententia, uti nec

B

ratio

rationibus Juris Civilis destituitur, ita receptor est, per Dd. magno numero allegatos à Dn. Berlich. P. 2. *Conclus. Pract.* 3. n. 26. Carpzov. P. 2. *Consl.* 1. D. 3. n. 1. 2. 3. Def. 5. n. 1. & in Senatu Pedemontano juxta cit. Cacheran. *Decis.* 115. ut & in Camera Imperiali, secundum eam multoties judicatum, videre est ex Gylm. *Tom. 1. Sympb.* P. III. Vol. 14. n. 2. seq. Gail. 2. *Obs.* 18. n. 4. in f. & ibi Græv. n. 2. Myns. *Cent.* 1. *Obs.* 16. *Cent.* 6. *Obs.* 70. n. 20. Faber in *Cod. tit. d. luit. pignor. Def.* 19. Illamq; sententiam rebus judicatis & præjudiciis pluribus in bene constitutis Curii & Judiciis firmatam, testis est Dn. Cothm. *Vol.* 3. *Resp.* 38. n. 16.

XIX.

Induciæ moratoriæ, præstitis iis quæ de jure desiderantur, concessæ debitoribus, de tuis debitis non solvendis, cum non extendantur ad Creditores futuros arg. l. *Aurelius §. Titius ff. d. liber. leg.* Rebuff. in *Tract. de lit. dilat. art.* 1. *Gloss.* 1. n. 18. Guid. Pap. *Decis.* Gratianopol. *Quest.* 109. Anton. Faber in *C. lib. 1. Tit. 9. Def.* 1. *Def.* 6. n. 4. *Def.* 16. & *Def.* 20. n. 2. sed adversus hos, omni effectu careant, juxta notata Matthæi ad d. *Quest.* 109. *Decis.* Guid. Papæ, & hi respectu illarum literarum, dicantur privilegiati, Ranchini in annot. ad *Guid. Papæ. Dec. Quest.* 109. Priores Creditores, ad instantiam posteriorum Creditorum, in bona debitoris, decretam executionem, de jure impedire non possunt.

XX.

Quoniam solvit, & dedit, qui compensavit, l. *si debitor. ff. qui pot. in pignor. l. dedisse. d. V. Sign.* Mev. P. VII. D. 345. in not. Compensationis æq; ut solutionis exceptioni, omni tempore, post rem judicatam, imo etiam in ipsa Executione, opponi, & si in continenti, h. e. tali spatio, quod pro ratione rei necessarium

cessarium, Dn. Mev. P. II. D. 248. n. 6. P. III. Dec. 319. P. VI. D. 234. P. VIII. D. 315. probabilis, Judex ad Reconventionem eam rejicere jure non potest. Dn. Mev. P. VII. D. 202. n. 2. P. II. D. 308. n. 4.

XXI.

Quoad fundandam Jurisdictionem, quamvis regulariter in extrahendis processibus nudis narratis supplicantis credatur, per textum l. 19. §. 1. ff. d. Jurisd. ibique Brunn. n. 3. Gail. Lib. 1. Obs. 10. n. 7. Obs. 14. pr. Obs. 22. n. 4. Obs. 31. n. 1. Obs. 45. n. 9. Mynsing. Cent. 2. Obs. 9. n. 6. dummodo de falsitate aperte non constet, Gail. cit. Obs. 31. n. 2. Citatio tamen ex L. Diffamari tam de jure Communi, quam expressa dispositione Ordin. nostrae Provinc. nisi de veritate & qualitate diffamationis constet, non decernitur. Gail. cit. Obs. 10. n. 8. Myns. 3. Obs. 78. n. 4. Dn. Mev. P. III. D. 393. P. V. D. 257. P. VI. D. 95. P. IX. Dec. 98. & Dec. 102. Carpoz. Jurispr. Forens. Part. I. Const. 7. Def. 28.

XXII.

Convento ex lege Diffamari, electio fori & actionis competit, Mev. P. VIII. D. 169. P. I. D. 198. n. 4. P. III. D. 213. n. 4. & Dec. 350. n. 10. Carpz. Lib. 2. Resp. 34. n. 14. 17. & proposita a Diffamante actione, processus ille ex L. diffamari extinguitur. Carpoz. Jurispr. For. P. I. Const. 5. D. 22. n. 2.

XXIII.

Mandata quibus Judex inferior in causa procedere prohibetur, tanquam refugium litigantium malitiae, & protelatio litis, non facile decernenda l. judex. C. Comm. Epist. Ventur. d. Valent. in Parth. Litig. lib. 1. c. 12. n. 21. seq.

fi vero ad preces partium decernantur, & Judici exhibeantur, illorum copia nec parti danda, nec per illa cursus justitiæ impediendus.

XXIV.

Cum Judicis sit æstimandi potestas, an sua sit jurisdictio *l. 5. ff. d. jud.* Mev. P. I. D. 1; I. D. 242. P. II. D. 267. P. IV. D. 73. Coch. *Prax. For. German. part. 1. Cap. 5. §. 1.* firmiter concludimus, in illo casu, recte denegari a parte petitam Actorum transmissionem ad extraneos.

XXV.

Venditorem ex natura contractus teneri de evictione, licet ea non sit promissa, extra dubium est, per *l. 6. C. de evict. l. 60. ff. cod.* Hartm. *Pist. P. 1. Quæst. 5. n. 1.* Petr. Heig. *p. 1. Quæst. 36. pr. add. Cothm. V. 4. Resp. 38. n. 6.* Sichard. *ad rubr. C. d. t. n. 9.* Wesemb. *in π. d. t. n. 2. § 6.* Unde sicut Instr. Emt. Vend. inserta evictionis præstatio cautela abundans est, & regulariter nullum operatur effectum, Stryck de *Caut. Contr. Sect. 2. c. 8.* Sic contra, si expresse conventum sit, ne evictio præstetur, regulariter tamen ad pretium restituendum recte convenitur venditor, *l. ex emto n. §. f. ff. d. act. emt.* Brunn. *ad L. 6. C. de Evict. n. 5. Et ad d. l. 11. §. f. ff. d. act. emt. n. 18.* Caballinus de eviction. *§. 2. n. 23. Et §. 5. n. 25.* Dn. Mev. *P. VIII. D. 44. n. 1.*

XXVI.

Creditorem contentientem alienationi rei sibi hypothecatæ, recipiendo pretium, ab emtore de evictione, & restituere pretium teneri, quamvis pluribus LL. & Dd. auctoritatibus, ut & præjudicatis Consistorii Magnæ Regiæ Curia late defendat, Mastr. in *Decis. Consist. Dec. 28. n. 11.* contrariæ tamen sententiæ nostrum adiicimus calculum

526.
culum, add. *tot. tit. C. Cred. Evid. non, non teneri.* Brunn.
ibid., & ad l. 11. §. 16. ff. de act. emt.

XXVII.

An Appellatus, qui vicerat in prima instantia, succumbens in altera, condemnandus sit in utriusque instantiæ expensas, non una omnium est opinio. Gloss. in C. omnino. 2. q. 6. & Innoc. in c. saepe de Appellat. indistincte id ipsum affirmat, idemque sentire autor. Pract. Pap. in form. lib. act. real. ingl. verbi & expens. refert Uranius Tom. 2. Conf. X. n. 1. alii à cit. Uran. cit. C. n. 3. ut & Myns. Resp. 1. n. 23. citati, primam sententiam si ex primis Actis condemnatio fiat, appellatum a condemnatione expensarum non liberare, simpliciter contendunt, add. Berlich. Concl. 54. n. 35. seqq. Gray. Concl. 152. Conf. 1. n. 7. Uran. d. C. Rotæ Decis. 150. al. 10. & ita in Rota Romana observari Paul. Æmyl. Dec. Rotæ P. 1. D. 179. & D. 340. & illam sententiam in Curiis, Judiciis, ac foro juste observari, & communiter praticari, per plures all. Dd. testatur Dn. Cothm. Vol. 2. Resp. 60. n. 152. alii contra illo casu regulariter expensas compensandas volunt. Bald. in l. f. in f. C. quando provocare non est necess. Alex. Conf. 183. n. 16. Lit. b. Specul. tit. d. expens. §. nunc videndum vers. quod de appellato & ita in Camera regulariter observari testatur Gail. 1. Obs. 152. n. 5. & Obs. 110. n. 6. nos cum Praxis edoceat, sæpe appellatum condemnari in expensas, ut plurimum vero expensas compensari, neutrum amplectimur principium, sed firmiter credimus, totum negotium relinquendum arbitrio Judicis, qui hoc, an appellatus succumbens in secunda instantia habuerit justam litigandi causam nec ne, æstimare debet.

B₃

XXVIII.

XXVIII.

Sponsa licet in Sacris literis uxor appellitetur, Genes. 29. v. 21. Deuter. 22. v. 23. Hof. 2. v. 13. Matth. 1. v. 20. & appellatione nuptæ uxoris sponsa quoque veniat, Carpz. Jurispr. Consist. Lib. 2. T. 8. D. 130. n. 2. & Tit. 10. D. 134. n. 6. & Lib. III. T. V. D. 57. n. 8. seq. & pro uxore habeatur, ejusque juribus frui Dn. Mev. P. VIII. D. 273. n. 5. 6. 7. & jura in uno loquentia in altero quoque locum habere dicantur, l. si sponsa ff. d. jur. dot. l. 15. §. 24. ff. de injur. & all. LL. Carpz. cit. l. & Lib. 2. Tit. IV. D. 63. n. 5. & Tit. 2. D. 17. n. 8. Dn. Cothm. Vol. 2. Resp. 78. n. 8. & num 70. & seqq. argumentum tamen illud quod a Conjugibus ad Sponsas ducitur, uti multifariam fallit, juxta allata Dn. Carpz. Jurispr. Consist. Lib. 2. Tit. 8. D. 130. per tot. Mev. P. VI. D. 227. n. 1. ita quoque privilegiariam illam hypothecam, quam introduxit Imp. Justin. in l. un. §. 1. C. d. rei uxor. act. & postmodum speciali privilegio prælationis auxit in l. assiduis. 12. C. qui pot. in pignor. ipsi Sponsæ non competere, firmiter statuitur. Dn. Carpzov. P. 2. C. 24. D. 1. & 5. Hartm. Pift. Obs. 110. n. 7. seqq. Licet non desint qui contrarium velint, & distinguendo inter Sponsam de præsentis & de futuro, alii illi tantum, Dn. Hahn. in not. ad Wesemb. Tit. in quib. caus. pignus vel hyp. n. 1. alii vero utrique attribuant, ut Wesemb. Tit. in quib. caus. pign. n. 3. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 24. tb. 7. lit. b. verb. etiam in Sponsa & alii. Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 26. tb. 14. Dn. Mev. ad Jus Lub. Lib. 1. T. 5. Art. 14. n. 5. Brunn. in repet. Parat. tit. in quib. caus. pign. qv. 1. n. 4. p. m. 425.

Tantum pro ratione temporis
S. D. G.



culum, add. tot. tit. C. Cred. Evid. non, ibid, & ad l. 11. §. 16. ff. de act. emt.

XXVII.

An Appellatus, qui vicerat in' p'cumbens in altera, condemnandus sit i' t'æ expensas, non una omnium est opinio. 2. q. 6. & Innoc. in c. sape de Appell. id ipsum affirmat, idemque sentire auctoritate in form. lib. act. real. ingl. verbi & expens. 2. Conf. X. n. 1. alii à cit. Uran. cit. C. n. 3. n. citati, primam sententiam si ex primitio fiat, appellatum a condemnatione liberare, simpliciter contendunt, add. n. 35. seqq. Grav. Concl. 152. Conf. 1. n. 7. Decil. 150. al. 10. & ita in Rota Rom. Æmyl. Dec. Rotæ P. 1. D. 179. & D. 340. in Curiis, Judiciis, ac foro iuste observari practitari, per plures all. Dd. testatur Resp. 60. n. 152. alii contra illo casu regulariter pensandas volunt. Bald. in l. f. in f. G. q. est necess. Alex. Conf. 183. n. 16. Lit. b. Specu. videndum vers. quod de appellato & ita in observari testatur Gail. 1. Obs. 152. n. 5. cum Praxis edoceat, saepe appellatum expensas, ut plurimum vero expensas conamplēctimur principium, sed firmiter negotium relinquendum arbitrio Judicis appellatus succumbens in secunda instantia litigandi causam nec ne, æstimare debe

B₃

526.
Brunna

ia, succumbens in
instantia. ff. in C.
distincte
Pap.
us Tom.
1. n. 23;
lemna-
m non
incl. 54.
Rotæ
ri Paul.
entiam
nunter
Vol. 2.
s com-
are non
S. nunc
ulariter
6. nos
i in ex-
eutraliter
totum
an ap-
justam

XXVIII.

